

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

7 Scrutatores in electione falsum miscendo, grauiter pecca[n]t, & illa nulla  
est, & ipsi arbitrarie puniendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

# Liber I. De Constitutionibus. Tit. V.

9

DECISO I.  
Ex consil. 1. in antiquis alias 2. in Novis.

**I**uxta habens ius, & potestatem confirmandi, vel infirmandi electionem alicuius a Capitulo factam, ad instantiam partium, vel ex officio suo per se, vel commissariis judicis potest, & debet cognoscere, & inquirere de modo electionis, an sit canonice facta, c. Cu nobis de electio, & de persona etiam electi, an sit idonea, c. Venerabiliter, nite cod, & c. oblate, de appell, & alia facere quae ad publicam uitatem spectant, etiam compellendo Capitulum, & arbitrios commissarios eios, & Notarios ad edendam instrumenta, & acta publica coram eis gesta, quae ad causas illius iustum & breuem expeditionem pertinent, c. Quoniam contra, de probat.

## DECISO II.

Ex consil. 2. alias 8.

**E**lectio superioris facta a Definitorio alicuius Capitulo, securius alijs securandis, si post tenebras, & quando iam sine candela non posset certi, nec discerni, facta sit, quamvis quoad forum conscientiae, cessante fraude, validata sit, etiam quoad forum exterius, secundum iura aqua & Confutuit, de offic. del. & Felini, ibi, que non requirerant formam eligendi secrete; post Concilium tam Tridentinum sess. 25. c. 6. de reg. & c. quia propter, de electio, & constitutionem ordinis super eius executione factum, secundum quam requiritur forma secreta suffragandi per schedulas, que commodè fieri non potest sine lumine diei, nocte fieri non potest.

## DECISO III.

Ex consil. 3. alias 7.

**E**lectio post suffragiorum collatione ex incontinenti facienda est, & aliter ex interculo, vel ex ignorantia, vel ignoratia quadam diligentium, vel fraude electi facta, non valet, cum de forma substantia electionis sit, quod statim post collationem suffragiorum fiat: c. Quia propter . & c. cum post petitam, de elect. secus tamen si post motum interpositum per malitiam, vel dolum diligentium, vel aliam iustum causam sine fraude electi fiat, tunc enim valida iudicari debet, quia non debet alteri per alterum in qua conditio inferri. c. Denique. 14. q. 5. & l. Non debet, fidetur, iur. Nec quisquam sine culpa iure suo privatus est cap. sine culpa, de reg. iur. in 6. Publicato antem scrutinio, non possunt variare, qui suffragati sunt, sed ad eum eligendum, qui secundum suffragia publicata eligi debet, compelli possunt. c. Publicato. de electio.

## DECISO IV.

Ex consil. 4. alias 9.

**E**lectio, in qua unus electorum sine fraude, & maliitia suffragantium suum socio detegit, reliquis omnibus, secretio suffragantibus, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. c. 6. de regular. validi censeri debet, cum defectus occultus unius de Capitulo nocere non debeat Capitulo id ignorantia, neque a cui ab eo alias legitimè facto, c. fin. de procur. Præsertim cum ostensio prefata suffragij non sit facta fraudulenter, nec causa sit, ut alii procul suffragarentur.

## DECISO V.

Ex consil. 5. alias 5.

**E**lectionem a maiori parte factam non admittens, graviter peccat: c. Indemnitatis §. 1. de elec. in 6. & talis electus ius reperiens Abbatum, ad quam est electus acquirit; quod si alter ministrum, aut metu eligatur, electio invalida & nulla efficitur; cum omnis electio metu facta, ipso iure nulla sit. c. Vbi periculum, §. ceterum, ut. cod. & Nau. in Man. c. 17. nu. 29. & c. 22. num. 51.

## DECISO VI.

Ex consil. 6. alias 6. de verb. signif.

**R**eligiosus priuatus voce actiuæ, & passiuæ iuxta Concilium Tridentini decretum, sess. 25. c. 2. de regular. om-

ni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & iure patienti vocem datam de ipso a Capitulo, Conventu, vel Collegio, quoad ea, quae sibi sunt oneri, & penæ, primatus censetur, Glosa Cle. 1. de regul.

## DECISO VII.

Ex consil. 7. alias 4.

**S**ecratores electi ad faciendum electionem, si in electione falsum aliquid miscant, non dicentes quod suffragia habeatis, in quem maior pars consensit, mortaliter peccant, & electio nulla est; & ipsi ultra priuationem potestans eligendi, arbitrio iudicis puniendi sunt. c. Quia propter, de elect.

## DECISO VIII.

Ex consil. 8. alias 6. de appellat.

**V**espensus voce actiuæ & passiuæ beneficium alia via, quam electionis acquirere, illudque administrare potest. Quia cum suspensio contra limites suos non operetur, quamvis voce actiuæ & passiuæ priuatus beneficium per electionem, (in qua sola habet locum vox actiuæ & passiuæ) consequi non poterit; ad consequuntrem tamen beneficij via collationis, vel institutionis non extenditur, cum hæc diuersa sint. c. Cum in illis, §. 1. de elect. in 6. & Nau. in Manuah. c. 27. nu. 163.

## DECISO IX.

**V**espensio ab officio, & ingressu ecclesia, cuius solius violatio irregularitate inducit, appellatione suspendi non potest, c. Is cui. §. final. de sen. exc. in 6. suspensio autem a beneficio, vel eius administratione, vel a Pontificis, vel vsu pallij, vel a voce actiuæ, & passiuæ, per appellationem legitimam subsequenter suspenditur, nec aliqua illarum violatione irregularitas incurrit. Arg. c. 1. §. 1. de senten. exc. in 6. & c. 1. de sent. & re iud. in 6.

## DECISO X.

Ex consil. 9. & alias 10. & 11.

**G**eneralis Minorum finito triennio sui officij; durante sequente triennio Vicarius Generalis, vel Procurator Generalis constitui non potest, eo quod Generalis, & Vicarius Generalis eadem sit iurisdictione, & tribunalis c. Non putamus, de confut. in 6. cum tam illius ordinis Superioris tanto tempore subesse debent, quanto præfuerint, nisi forte gradum superiorum assumant. Quia vero Procurator officium minus est Generalatum; & durante triennio sequenti non potest deligia ad minora officia Generalatum, immo correctori subiectus esse debet: Procurator autem Generalis nulli alij, quam Generali subditus sit, proinde neque Procurator Generalis immediate fieri potest.

## DECISO XI.

Ex consil. 11. alias 1.

**E**lectio propter concursum excommunicati non denunciati, si alias legitime de sufficientia aliorum electorū constet, non sit irrita; secus tamen si excommunicatus denunciatus erat, & conflat illis, qui simul eligunt. c. Illa, de elect. & c. solet de sen. exc. in 6.

## DECISO XII.

Ex consil. 12. alias 12.

**C**um prælatus, & conuentus diuersa sint, adeo quod propriæ prælatus de capitulo, & conuentu non sit Glos. recep. in Cle. vt ij qui, de acta, & qualitate, & conuentus in ijs, quæ ad eum separatum pertinent, sine prælati consensu agere potest; Inno. in c. edoceri, nu. 6. de rescrip. conuentus cum Vicario qui solet appellari Superior in Monasterijs, quæ p. Piores reguntur, & Prior claustral is in Monasterijs quæ reguntur per Abbates, c. Cum ad monasterium, §. prior. de statu monach. cuius officium per mortem Abbatis, vel Prioris non vacat Cle. Ne in agro, §. abate, de statu monac. neque a Priore, vel Abbate, sed a iure communis potestatem suam recipit; Procuratores ad electionem promouendam cum facultate suffragandi, & pro